



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Patriarchæ Ierosolymitano & magistris Hospitalis ac Templi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

cujus intelligentiam fascinat, & damnabiliter nos offendens, quorum intentionem depravar. Ceterum lator praesentum G. Prior de Gaia, vir utique providus & fidelis, qua super quibusdam aliis à nobis accepti tibi referet viva voce. Datum Late-rani 1x. Kal. Maij, anno duodecimo.

PATRIARCHÆ IEROSOLMITANO
& magistris Hospitalis ac Templi.

Epiſt. 18.
Mittitur eis
pecunia.

* Vide ſuprā
lib. 11. epift.
109.

Ecce mittimus vobis per dilectum filium Iohannem de Sambuco fratrem Hospitalis Ierosolymitani hospitalis sancti Basilij bis mille ac ducentos & sex obolos & dimidium inter novos, veteres, atque duplices, novem fxfatos, septem marabuttinos, & præterea in fxfatis & auro fræto ad pondus Romanum uncias octoginta; qua videlicet omnia summam oſtingentorum quinquaginta librarum Proveniensum ſenatus attingunt, discretioni veſtræ per apostolica ſcripta mandantes quatinus ea in neceſſitatibus terræ sanctæ, prout melius expedire videritis, expendatis, habentes prædictum fratrem in Domino commendatum, & eum ad domum suam, cui ſatis eſſe noſcitur neceſſarius, quantocius potueritis remittentes. Tantudem etiam assignari fecimus magistro & fratribus Aventini, qui per nuntium ſuum debent illud vobis ſimiliter definiare. Miſimus quoque vobis anno præterito per Templarios ſummam auri mille librarum Proveniens moneta valentem, de qua nullum adhuc habuimus reſponſum à vobis. Diſponimus etiam mittere vobis per Hospitalarios & Templarios mille quadringentas marcas argenti, cum confilio veſtro & nobilis viri Iohannis Brenen. Comitis, cùm ad vos Deo duce pervenerit, ex-pendendas. Sed & electo Antiocheno pro-poſuimus pro neceſſitatibus ſuis pecuniam mutuare, quam ipſe demum reddet pro neceſſitatibus terra sanctæ. Datum Late-rani anno duodecimo.

IOHANNI ABBATI
ſancti Bertini ejusque fratribus tam pre-ſen-ibus quam futuris regularē vitam profeſſis in perpetuum.

Epiſt. 19.
De confor-matione pri-
vilegiorum.
Et ac epiftola per-
tinet ad librum
ſecundum.

In eminenti ſedis apostolice ſpecula di-ponente Domino conſtituti, ſicut imi-tari prædeceſſores noſtrorū in bonis debe-mus operibus, ſic etiam ſummam curam adhibere nos conuenit ne quod ab eis pia-fuerit proviſione ſtatutum nobis, quod avertat Dominus, negligentibus quorumlibet valeat impulſione turbari. Eapropter,

dilecti in Domino filij, decisionem con-troversia qua inter monaſterium veſtrum & bonæ memorie Petrum Cluniacensem Abbatem pro ſubjeſtione quam idem Ab-bas ſibi in veſtro monaſterio vendicabat, quemadmodum à felicis memorie præ-deceſſore noſtro Papa Innocentio fratribus ſuis præfribus & collaudantibus facta eft & scripti ſui munimine roborata, imitan-tes pia recordationis prædeceſſorum noſtrorum Eugenij, Alexandri, Lucij, Clementis, & Celeſtini Pontificum Romanorum veſtigia, auſtoritate apostolica con-firmamus & ratam permanere cenfemus. Privilegiis itaque Cluniacensibus qua ſuper hoc ſe habere ab apostolica ſede di-cebant, ab eodem Innocentio iuſtitia di-ſtante caſtaſ, ad exemplar prædictorum prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum tam vos quām ſuccelfores veſtros necnon & iſpum monaſterium ſancti Bertini ab hujulmodi lite & Cluniacen-sium ſubjeſtione abſolvimus; idemque co-nobium libertati propria restitutum, falvo jure Tervanensis Eccleſiae vel Epifcopi, ſub foliis Romanæ Eccleſiae ditione vel tutela perpetuo permanere decernimus. Ad iudicium autem hujus percepta à Ro-manâ Eccleſia libertatis unam auri unciam annis ſingulis nobis noſtrisque ſuccelforibus perſolvetis, ſtatuentes ut quacunque poſſeffiones, quaçunque bona idem mo-naſterium in præſentiarum iuſtè & canoni-cè poſſidet, aut in futurum confeſſione Pontificum, largitione Regum vel Prin-cipum, oblatione fidelium, ſeu alii iuſtis modis præſtante Domino poterit adipisci, firma vobis veſtrisque ſuccelforibus & illi-bata permaneant, in quibus haec propriis duxiimus exprimenda vocabulis. Locum iſpum juxta caſtrum ſancti Audomari in quo præfatum monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſilvam de Wlverdinghe, quam inclitus quondam Flandriæ & Viromannia Comes Philip-pus vobis in eleemosynam dedit & ſcripto ſuo conſirmavit, & quod à Gileberto de Aveſkerca prope eandem ſilvam eleemo-syna, emptione, vel concambio acquiſiſtis, & residuam partem ejusdem ſilve qua extenditur uſque ad nemus quod Theodoricus Comes Eccleſiae Watinensi in eleemosynam dedit, ſicut in ſcripto Balduini Flandriæ & Hannoie Comitis & Margaritæ uxor ejus continentur. Decimam etiam de Kelmes, quam tu, Iohannes Abbas, de manu Balduini laici rede-miſti, & decimam de Acquin, quam ſimi-